regi statim firmaverunt terram, et coronam Romano imperatori assignaverunt.

A.D.M.c. Pisani fuerunt ad capiendam civitatem Hierusalem, et Cesaream, et Hospitarium, et civitatem Taffariam. Et postea fuerunt ad capiendam Suri civitatem. Et in reversione stoli ceperunt Lucam civitatem Circipe. Unde imperator Carolomannus suum legatum Pisas misit, et eis domos, et ecclesiam, et stolum, et suam benedictionem in unoquoque anno Sancte Marie Pisanae promisit atque firmavit.

AD Mcxliii. Pisani ceperunt civitatem Majoricie, et Minoricie, et regem occiderunt, et per gratiam Dei omnipotentis, suus filius nomine Lambertus postea canonicus sancte Marie factus est, et sua mater regina Christiana devota sancte Marie permansit.

A.D.M.cxviii. Magnus terremotus fuit, et quam plures terre ceciderunt.

A.D.M.cxl. Pisani habuerunt guerram cum rege Sicilie, et tenue-

---

y/capiendam b

Cesaream b

a/Hierusalem V. I

y/capiendam b.
Suri D.

b/Karlomann V. Karlomanni D. Carolomanni b

c/stolum V. D.

d/pisanis V. D.

f/affirmavit b

g/sequentia — Diradi imperatoris (a. 1140) g D.

e/preterea V.

g/M cxxiii. b

h/ecclie V.